

Nobis per pientate quesitiis adiuante dño primum querendū est. utrum pater. an filius. an spiritus sanctus. an aliquando pater. aliquando filius. aliquando spiritus sanctus. Non sine vlla distinctione personarū. sicut dicitur deo vno et solus. id est ipsa trinitas per illas creature formas patribus apparuerit. deinde de quolibet horum inuentum visum vere fuit. utrum ad hoc opus tantummodo creature formata sit in qua deus sicut tunc optuisse ipse iudicavit humanis ostende retur aspectibus. an angelī qui iam antea erant ita mittebantur. ut ex persona dei loquerentur assumentes corporalē spe cie de creatura corpora in usum ministerij sui. sicut cuique opus esset. an ipsum corpus suum cui non subduntur. sed subdividit regunt in species quas vellet accommodatas atque aptas actionibus suis mutantates. atque vertentes secundum attributam sibi a creatore potentiam. Postremo videbimus id quod querere institueramus. ut filius a spūs sancti et antea mittebantur. Et si mittebantur. quid inter illam visionem et eam quam in euangelio legimus distet. an non sit missus aliquis eorum nisi cum vel filii factus esset ex maria virginie. vel cum spiritus sancti visibili specie sive in columba sive in igne linguis apparuerit.

**O**mittamus igitur eos qui nimis carnaliter naturā verbi dei atque sapientiam que in seipso manens innonat omnia. quae vnicū dei filium dicimus. non solum mutabile. verū etiam visibile esse putauerunt. Huius enim multū crassum cor diuinis rebus inquirendis audaciū quod religiosius attulerunt. Nam ma quisque cum sit substantia spiritualis. cunque etiam ipsa facta sit. nec per aliū potest fieri. nisi per quem facta sunt omnia. et sine quo factum est nichil. quoniam sic mutabilis. non est tamen visibilis. quod illi de verbo ipso atque ipsa sapientia dei per quem facta est anima crediderūt. cum sit illa

non inuisibilis tantum quod et anima est. sed etiam incommutabilis quod anima non est. Eadem quippe incommutabilitas eius memorata est. ut diceretur in seipso manens inuocat omnia. Et isti quidē ruram erroris sui diuinarū scripturarū testimonijs quasi fulcire conantes. adhibet pauli apostoli sententiā. et quod dictum est de uno solo deo. in quo ipsa trinitas intelligitur tantum de patre. non et de filio et de spiritu sancto dictum accipiunt. regi autem seculorum inuisibili. soli deo honor et gloria in secula seculorum. Et illud alterum. Beatus et solus potens rex regum et dominus dominantium qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibili. leui. quem nemo hominē vidit nec videre potest.

**E**cce quemadmodum intelligenda sint. iesiā satis nos disservisse arbitror. Verum illi qui ista non de filio nec de spiritu sancto. sed tantum de patre accipi volunt. dicunt visibiles filium non per carnem de virginē assumptos. sed etiam antea per seipsum. Nam ipse inquit apparuit oculis patrum. Quibus si dixeris. quomodo ergo mortalis per seipsum est filius. ut constet vobis. quod dictum est qui solus habet immortalitatem. an si propter carnem suscepit mortalis est filius. propter hanc similitudinem ut sit et visibilis. respondet nec propter hanc mortalem se filium dicere. sed sicut et ante visibile. ita et anno mortalem. Nam si propter carnem filium dicunt esse mortale. iam non pater sine filio solus habet immortalitatem. quod et verbum eius per quod facta sunt omnia habet immortalitatem. Neque enim quod carnem assumpsit mortalem. ideo amissit immortalitatem suam. quoniam nec anime humane hoc accidere potuit ut cum corpore moratur. Dicente ipso domino. Nolite timere eos qui corpus occidunt. anima autem non possunt occidere. aut vero etiam spūs scitūs